



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno 395. Usque Ad Annum 428

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1759**

**VD18 90117794**

§. 18. A. Ambrosii Epistola ad Ecclesiam Vercellensem.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66042](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66042)

Bononiensis, uterque inter Sanctos rela- Sæculum IV.  
tus. Theodulus, aliquando S. Ambrosio A. C. 396.  
ab epistolis, Episcopus Mutinensis crea-  
tus est. S. Ambrosius, ut dictum, ma- <sup>Martyr. 4.</sup>  
nus imposuit S. Gaudentio Brixensi, S. Fe- <sup>Dec. 4. Maji.</sup>  
lici Comensi, & S. Honorato Vercellensi. 35.  
Ex epistolis ejus dispicitur, quanti S. Fe- <sup>Ep. 3. Et 4.</sup>  
licem fecerit, & quam arctum amicitiæ <sup>Paul. vit. n.</sup>  
vinculum intercesserit.

§. XVIII.

*S. Ambrosii Epistola ad Ecclesiam  
Vercellensem.*

Inter ultimos S. Ambrosii actus ordina- Ep. 63. al.  
tio Sancti Honorati fuit. Postquam Li- 25. Sup.  
menius Episcopus Vercellensis, qui Con- XVIII. N.  
cilio Aquilejensi interfuerat, vitam clau- 10. V. not.  
sit, Sedes hujus Ecclesiæ serpente animo- in ep. 63.  
rum divisione diu vacavit. Hujus rei 25.  
causam non nulli in S. Ambrosium rejicie-  
bant, quod, cum esset Metropoliticus,  
ipsius esse videretur, tanto malo mederi.  
Inde factum, ut prolixam epistolam ad  
Vercellenses daret, in cuius ingressu di-  
cit: *Dolore obruor, dum vestram Eccle-  
siam adhucdum Episcopo carere video; hæc  
sola hodie in Liguria, Æmilia, Venetia,  
vicinisque Provinciis Pastorem non habet,  
quæ aliis Ecclesiis rogantibus Pastores da-  
re solebat; id vero pudendum, quod hæc  
vacatio culpa mea dicatur durare, at pro-  
fecto! sola tanti scandali causa sunt simul-*

E 3 tates

Sæculum IV. tates vestræ. Nam quamdiu divisi sunt  
 A. C. 396. animi, quid statuere possumus? quem eli-  
 getis? quis in tanta animorum divisione  
 onus suscipiet, vix in summa omnium con-  
 cordia ferendum? an non vos aliud docue-  
 runt S. illius Confessoris hortatus? vosne  
 jurgari non pudeat! Parentum illorum  
 filios, qui civibus suis S. Eusebium, vi-  
 rum ante sibi ignotum, prætulerunt?

Sæpius deinde S. Eusebii Vercellensis  
 n. 2. n. 68. laudes memorat. Vercellenses hortatur,  
 69. 70. 71. ut sibi caveant a duobus Monachis Apo-  
 n. 7. 8. 9. statis Sarmatione, & Barbatieo, qui ali-  
 quamdiu in Monasterio Mediolanensi vi-  
 xerant, sed Disciplinæ Regularis, jejunii,  
 clausuræ, silentii impatiētes, spretisque  
 S. Ambrosii monitis, charitate plenis,  
 egressi fuerant, &, iterum suscipi peten-  
 tes, non admissi. Hinc contumaces per-  
 niciosam Doctrinam spargere cœperunt,  
 ab hæresi Joviniani non multum absimi-  
 lem, dicentes, abstinentiam, jejunia, vir-  
 ginitatem, continentiam nullius esse uti-  
 litatis. (\*) Hos S. Ambrosius Epicureis  
 n. 43. n. 52. nihil meliores affirmat, eorumque er-  
 rores S. Scripturæ auctoritate, & exem-  
 plis refutat. Tum Fidelibus Vercellen-  
 sis inculcat, ut vitia detractionis, ne-  
 quitiæ,

(\*) Eadem hodierni nostri Lutherani dicunt;  
 atqui hæc dicentes in Sæculo IV. pro hæreticis  
 habebantur.

quitiae, contentionis, vindictae fugiant, Sæculum IV.  
 alter alterius onera portent, divitiarum A. C. 396.  
 causa non extollantur, hospites suscipiant,  
 in charitate proximi exerceantur. Con- n. 83.  
 jux conjugi, parentibus liberi, servi Do- n. 86.  
 minis, vicissimque, quæ debent, reddant. n. 105.  
 Quibus dotibus Episcopum ornatum esse  
 oporteat, docet, præsertim in Ecclesia  
 Vercellensi, ubi Clerici simul erant Mo- n. 66.  
 nachi. Ut S. Ambrosius paucos ante obi-  
 tum suum menses seipsum Vercellas con-  
 ferret, & dissidentium animos compone-  
 ret, necessitas postulavit; ipsius tandem vit. S. Gaud.  
 opera Honoratus Episcopus electus est, Novar. Bol.  
 maximorum meritorum vir, quem Eccle- Febr. Mar-  
 sia Sanctis adnumeravit. tyr. Rom. 23. Ott.

## §. XIX.

*S. Ambrosii Fama.*

**S**ancti Ambrosii fama in remotissimas or- Paul. vit.  
 bis plagas pervasit. Illa viros duos c. 25.  
 ex Persia, illius gentis potentissimos, &  
 eruditissimos excivit, ut Mediolanum ve-  
 nirent, mandatis sibi quæstionibus Sapien-  
 tiæ ejus experimentum capturi. Hi cum  
 Ambrosio per interpretem a prima diei  
 hora usque ad tertiam noctis, id est, fer-  
 me ab hora sexta matutina usque ad no-  
 nam vespertinam colloquia miscuere, &  
 admiratione pleni regressi sunt, utque  
 omnes scirent, causam unicam itineris  
 fuisse, tantum virum conspicere, statim

E 4. die